



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Multi fidejubentes, parag. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

nec implicita illa intentio mihi constat, ideo de hac re praedicto modo dubitasse sit fatis. Victorellus a perinde se gessit, ac ego, noluit addit. enim id decernere, sed sic habet: *Fidejussorem Eman. teneri solvere debita, antequam à iudice cogatur, tenuit. Alii sunt, Alii negant. Vide Petrum Navarrorum de restitutione l. 3. cap. 4. num. 130 & 151. Hac ille,*

13. Dixi Quarto (*Si non implet Debitor*) quæ clausula est admodum hic notanda: per hanc enim explicatur, fidejussionem esse obligationem accessoriæ contractui, & in subfidiū, non vero principalem, nam Fidejussor se obligat in eo solo casu, in quo principalis Debitor non solvit? quare, si quis pro alio se constitutat Debitem, cum non se obliget in defectum alterius, & accessoriæ, sed æquè principaliter, non est Fidejussor, sed Debitor principalis.

14. Atque hinc sit, ut jam hodie Fidejussor etiam juratus, nec teneat, nec cogi possit ad solvendum, nisi postquam facta est discussio in bonis Debitoris. Excipe tamen Primo, nisi ipse Fidejussor renuntiaverit huic privilegio, quod cum sit inductum in particularium hominum commodum, ipsi particuliæ validè poterunt renuntiare, ut certè renuntiare sæpiissime solent. Secundo, nisi propter aliquam rationem absentiæ v.gr. Debitoris, vel claram impotentiam, vel quid simile, manifestè appareat, non posse permitiri dictam discussionem. Tertio, nisi ipse Fidejussor conventus neget, esse Fidejussorem, tunc enim amittere hoc privilegium voluit b. lex.

15. Adverrit tamen Lessius. *c Si Fidejussor ante dictam discussionem solverit, ratam est solutionem, nec rem sibi solutam Creditor obligatur derelinquere. Ratio est, quia Creditor illud, quod ipsi debebatur, recipit.* Præterea cum Fidejussor, ut dictum est, possit ante dictam discussionem solvere, si velit, ideo non poterit a tunc à Creditore repelliri, nam dum Fidejussor id non facit ob aliquam fraudem, utiliter, & legitimè gerit negotiū Debitoris.

16. Ex dictis vides, quam rectè idem Lessius dixerit; quatuor conditiones necessario intercurtere debere in fidejussione. Primam, ut hic contractus sit accessorius supponens aliam obligationem. Secundam, ut Fidejussor non obligetur ad plus quam Debitor. Ter-

tiam, ut existente invalida obligatione Debitoris, nulla sit fidejussio. Quartam, ut Fidejussor conveniri non possit, nisi facta discussio principalis Debitoris.

17. Hactenus de fidejussione in rebus temporalibus, quæ solet esse usi communior. Ceterum ad quid teneatur, si quis fidejussit exhibere Reum, vel similem personam, lege apud Doctores.

f Bonac. A.

3. de cōtr.

q. 9. pun.

1. n. 9. C.

10 ibique

citati.

Multi Fidejubentes.

§. II.

1. Sed adhuc Inquires Primo. Si multi simul fidejubent, omnes ne cogi possunt ad totum?

Respondeo. Si in solidum, id est ad totum, & non ad ratam, seu ad partem suam singuli fidejusserunt, clarum est, ad totum posse cogi, nam secus, solum cogi poterunt ad suam partem, pro qua suam fidem interpolosuerunt.

2. Si ejusmodi Fidejussor in solidum, antequam totum solvit, conveniat cum Creditor, ut is Creditor promittat cedere ipsi Fidejussori actionem contra alios Fidejussores ad ipsorum ratam, poterit postea immo debet g Mol. Lef. a dicto Fidejussore factam, cedere eidem Fidejussori eam actionem, quia ad illam ac- sis Regi- naldus quisivit jus Fidejussor per prædictam con- aliisque in ventionem, cui consentire omnino certe de- Bonac. l.c. bet Creditor, idque propter privilegium, quo n. 6. & 7. gaudet Fidejussor, appellatum in Jure Priva- alios ci- legium cedendarum actionum.

3. At, si hac conventione non præcedente, dictus Fidejussor totum solvit, non poterit deinde Creditor ejusmodi actionem eidem Fidejussori cedere, quia Creditor integrè sa- tisfactus nullum Jus habet contra Fidejussores. Quare Fidejussor præmittere non negli- gat prædictam conventionem, nam si non præmitteret, nihil aliud remedii habebit, nisi se contra Debitem dirigere juxta dicta §. 1. num. 2.